AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 25v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



siue cum ipsum dnm cor-
porali specie. uelut columba
descendit. siue cum decem
diebus peractis. post eius ascen-
sionem. die pentecostes. fac-
tus est subito de celo sonus.
quasi fereretur flatus ue-
hemens. et uise sunt illi lin-
gue diuise sicut ignis. qui
et insedit super unumquemque
eorum. hec operatio uisibiliter
expressa. et oculis oblata
mortalibus. missio spiritus sancti dic-
ta est. Non ut appareret ip-
sa eius substantia. qua et
ipse inuisibilis. et incom-
mutabilis est. sicut pater et
filius. Sed ut exterioribus
hominum uisis corda com-
mota. a temporali manifes-
tatione uenientis. ad oc-
cultam eternitatem semper presentis
cum uterentur. Quid sit quod numquam
legitur. pater maior spiritu sancto.
aut spiritus sanctus minor patre

Ideo autem nusquam
scriptum est. quod dominus pater
maior sit spiritu sancto. uel spiritus sanctus
minor domino patre. Quia non
sic est assumpta creatura. in qua
appareret spiritus sanctus. sicut assumptus
et filius hominis. in qua forma
ipsius uerbi dei persona presentaretur.

non ut haberet uerbum dei
sicut alii sancti sapientes. sed
pre participibus suis. Non
utique quod amplius habebat
uerbum. ut esset quam ceteri
excellentiore sapientia. sed
quod ipsum uerbum erat. Aliud
est enim uerbum in carne. aliud
uerbum caro. Id est aliud est
uerbum in homine. aliud
uerbum homo. Caro enim
pro homine posita est. in eo
quod ait. Verbum caro factum est.
sicut illud. Et uidebit omnis
caro salutare dei. Non enim
sine anima. uel sine mente.
sed ita omnis caro. ac si dice-
retur omnis homo. Non ergo
sic est assumpta creatura. in qua
appareret spiritus sanctus. sicut as-
sumpta est caro illa. et hu-
mana illa forma ex uir-
gine maria. Neque enim co-
lumbam beatificauit spiritus.
uel illum flatum. uel illum
ignem. sibique et persone sue
in unitatem. habitumque con-
iunxit in eternum. Aut uero
mutabilis. et conuertibilis
est natura spiritus sancti. ut non hec
ex creatura fierent. sed ipse
in illud. atque illud mutabi-
liter uerteretur. Sicut aqua